



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 5. Epistola Cæsar is ad Lutherum unacum publicæ fidei literis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

rent; nam illius fautoribus, ac inter Sæcul. XVI.  
ceteros præcipue Friderico, solius Cæ- A.C. 1521.  
faris fides publica, quantumvis sigillo  
firmata, haud videbatur sufficiens; ti-  
mebant enim, ne Lutherus, ubi adve-  
nisset, in manus Romani Pontificis tra-  
deretur. Ergo Carolus Cæsar compla-  
cendi studio permisit, ut nonnulli alii  
Principes in comitiis congregati impu-  
nitatis concessæ literis sua quoque no-  
mina, atque sigilla apponerent. Adje-  
cit tamen duas conditiones. I. Ut Lu-  
therus e Saxonia Wormatiam pergens  
in itinere nuspianum ad populum diceret.  
II. Ne librum aliquem, donec auditus  
esset, conscriberet. Acceptabantur a  
ceteris ambæ hæ conditiones.

## §. V.

*Epistola Cæsaris ad Lutherum una-  
cum publicæ fidei literis.*

Itaque Imperator non modo Lutherο  
publicæ fidei tabulas, sed insuper a- Sleidan.com.  
liam epistolam die sexta Martii datam l. 3. p. 62.  
transmisit, hunc in modum perscriptam:

*Ex te scire cupimus, utrum quorumdam  
operum tuo nomine vulgatorum auctor sis,  
& doctrinam in illis contentam tueri velis;  
de cetero dedimus tibi ad veniendum Wor-  
matiam, & iterum hinc ad tuum securum  
reditum nostram, & Imperii securitatem:*

A 4

neque

**Sæcul. XVI.** neque ullam vel violentiam, vel injuriam ti-  
**A.C. 1521** meas. Volumus enim te in præfato nostro  
 conductu firmiter manutenerem.

## §. VI.

*Lutherus Wittemberga Wormatiam profectus.*

**Sleidan. l. c.** **L**utherus igitur publica accersitus fide  
*cap. 64.* **Ada Worm.** Wittemberga Wormatiam conten-  
*conv. ex Cod.* dit, nondum elapso, quem Cæsar præ-  
*Vatic.* fixerat, viginti dierum termino. Comi-  
*Pallavie. l. I* tabatur eum Caspar Sturmius, Fecialis  
*c. 26.* **Ulemb. in vi-** Cæsareus, eo fine e Wormatia missus,  
*ta Lutin. c. 6* ut Lutherum fide publica custoditum  
*n. 2. p. 86.* adduceret. Hic igitur Erfordiam dela-  
 tutus, ad FF. Augustinianorum cœnobium, ubi olim sacro Ordinis sui habitu  
 induebatur, divertebat, ac incidente  
 Dominica *Quasimodo* ad populum dicere  
**Cochl. p. 31.** rogabatur. Lutherus contempta lege,  
 vi cuius concionari per publicæ fidei  
 sponzionem prohibebatur, sermonem ha-  
 buit, ad quem undique confluxerant  
 populi, nonnulli eum percipiendi avidi-  
 tate, cuncti curiositate commoti: Ipse  
 autem in suo sermone vehementer con-  
 tra pias actiones, legesque humanas  
 declamabat. Ita enim ajebat: *Unus æ-  
 dificat templo, alter peregrinatur ad S.  
 Jacobum, aut ad S. Petrum; tertius jeju-  
 nat, aut orat: induit cappam, incedit nu-  
 dipes.*